



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

De S. Metria martyre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

Horrēdū spectaculū.

exiguum hominum numerum, multorum dierum spatio, huic immani & barbare mandato inservientium, cernere licebat. Quinetiam alij ex specula & loco edito, tanquam operā precium facturi, nē cadauera surriperentur, sedulō obseruabant. Iraque agrestes bestie, canes & aues carniuoræ membra diserpserunt humana, eaq; huc illis disperserunt: & tota ciuitas vndique visceribus ossibusque hominum confusa fuit adeo, vt illisipsis, qui antē fuissent infesto animo in nos affecti, nihil vñquam crudelius, nihil adspicēt horribilis videretur: neque tam eorum calamitatem, in quos haec admissa erant, quām cū suam p'sorum, tum communis parentis natura ignominiam deplorabant. Spectaculum enim humanarum carnium, non uno loco deuoratum, sed vbiique misere disiectarum (quod omnem dicendi facultatem, omnemque Tragœdiā speciem longè superat) prope ciuitatis portas cuiusque oculis subiectum fuit. Nonnulli autem membra, cadauera integra, & viscerum partes etiam intratas se vidisse dixerunt.

Admiranda prodigia.

Dum permultis diebus ista gerebantur, tale quoddam miraculum accidit. Cī clara esset serenitas, & aer pulchrè splendesceret, totiusque celi omnia suo complexu ambientis summa extaret tranquillitas, derepente columnæ ciuitatis, que publicas & cōmunes porticus sustentabant, multas velut lachrymarū guttas quodammodo ex se profuderunt. Forū itē & platee, nulla pluvię gutta ex aere decidēte, ne in vnde, quōd modo, aqua adspersę maduerunt: sic vt ilicō rumor per omniū orationes terram, vtpotē rerum id temporis gestarū scelus & impietatem non ferēt inexplicabili quadam ratione, lachrymarū vim ex se fundere, & lapides naturam inanimam nefaria ea facinora deslere, quōd hominum naturam tam ferream, tam mitem, tamq; ab omni affectione vacuam, iusta repræhensione coargueret. Venerabimur & fabulæ prop̄e dixerim, hæc quidem oratio posteritati fortasse videbitur: nam tamen his, qui coipso tempore præsentes, de rei veritate satis persuasi fuerunt.

DE S. METRIA MARTYRE, VT AIT VSVARDOVS: QVEM TAMEN GREGORIVS TVRONENSIS HABET inter Cōfessores (si modo is idē est) cap. 71. vndē ea, quæ sequuntur, descriptissima.

Nouēbr.13.

for. * con-
ditione

Franco Epi-
scop⁹ Aquæ
fis.

* adiutores

* tantum

Episcopus
S. Metriam
orat, vt res
Ecclesia sue
crepta resti-
tuatur.

AQVENSIBVS est cōcessus in cyclus athleta Metria, vir in corpore, iuxta historiam actionis, magnifice sanctitatis & licet *ditione seruus, liber tamen iustitia, qui viserunt leges certaminis eius textum, peracto cursu beati operis, à seculo viator abscessit, sapientis, se in celis degere, virtutibus manifestis ostendens. Tempore igitur quodam, cum Franco Episcopus huius municipij Ecclesiā gubernaret, Childericus, qui tunc primus apud Sigebertum Regem habebatur, villam eius competit, dicens, quia iniuste ab Aquensi Ecclesia retineretur: & dicto ciuitiū conuenit Episcopus, datisque fideiussoribus, in praesentia Regis afflit, clamans & obsecrans, vt Rex ad huius causa audientiam, praesentiam suam aueteret, nē cælestiū iudicio condemnetur, addens: Scio enim virtutem Metriae viri beat, quod velociter in perusorem suum irrogat vltionem. Denique coniuncti *adversari, causam discutunt. Insurgit Childericus, atque improporans, criminibus exce- uatum Episcopum, quod res fisca ditionibus debitas, iniquo ordine retineret, extrahit eum vi à iudicio iubet, & * tandem ablata per iudicium præsentium villa, trecentis aureis condemnauit. Fauebat ei omnes, nec quisquam contra voluntatem eius audebat decernere, nisi quod eidem libuisset.

Denique condemnatus spoliatusque sacerdos, ad urbem rediit, atq; prostratus in orationem coram sepulcro sancti, dicto Psalmi capitello, ait: Non hic accenderet lumen, neq; psalmorū modulatio canetur, glorioſissime sancte, nisi prius vlciscaris fratres tuos de inimicis suis, resque tibi violenter ablatas, Ecclesia sancta restitutas. Hac cum lachrymis effatus, sentes cum acutis aculeis super tumulum proiecit: egrellisque clausis ostijs, similiter in ingressu alias collocauit. Nec mora: corripitur per uasor à febre, decumbit lectulo, exhorret cibum, fastidit & potum, profert affluans iuge suspirium. Cui eriamsi ab ardore febris, interdū sitis accederet, aquam tantum, nihil aliud, hauriebat. Quid plura? In hac egrotatione integrū ducit annum, sed mens praua non flectitur. Interēa labitur casaries cuncta cum barba, & ita omne caput

caput remansit nudum, ut putares eum olim sepultum, nuper eiusdem fuisse post funera de sepulcro. His & talibus miser afflictus malis, sero recognitus, dicens: Peccavi, eó quod expoliaverim Ecclesiam Dei, atque Episcopo sancto intulerim iniuriam. Nunc autem ite quanto cùs, & redditia villa, sexcentos aureos super tumulum sancti deponite. Eft enim mihi spes, quod res redditia tribuat agrotanti medelam. Quod audientes homines eius, accepta pecunia, fecerunt sicut ei fuerat imperatum. Rediderunt agrum, solidosque super sepulcrum serui Dei posuerunt. Sed cum hoc fecissent, statim ille in loco, quo erat, spiritu exhalauit, lucratusque est detrimentum animæ per adiptionem acquisitionis iniuria. Episcopus autem obtinuit vltionem de inimico Ecclesie, quam promiserat futuram per athletæ Dei virtutem.

Nota terribile Dei iudicium in usurpatore rerū Ecclesiasticarū.

VITA SANCTI BRICHTII EPISCOPI TURONENSIS, ET CONFESSORIS, AVTHORE S. GREGORIO TURONENSI EPISCOPO, HIST. FRANCORUM LIB. 2. CAP. 1.

gorio Turonensi Episcopo, Hist. Francorum Lib. 2. cap. I.

PO ST excessum beati Martini, Turonicę ciuitatis Episco- Nouēbr. 13.
pi summi & incomparabilis viri, de cuius virtutibus ma-
gna apud nos volumina retinentur, Brictius ad Episcopatu-
m succedit. At verò hic Brictius, cum esset primusq[ue] grati-
tis iuuenis, sancto adhuc Martino viuēti in corpore, mul-
tas tendebat insidias, prō eo quod ab eodem plerunque,
cur vanas res sequeretur, arguebatur. Quadam enim die,
dum quidam infirmus medicinam à beato Martino expe-
ceret, Brictium adhuc Diaconum in platea conuenit. Cui
simpliciter ait: Ecce ego p[re]stolor beatum virum, & ne-
scio vbi sit, vel qui operis agat. Cui Brictius: Si, inquit,
delirum illum queris, prospice eminus. Ecce, cælum solito sicut amens respicit.
Cumque pauperille à beato Martino, quod periérat, impetrâset, Brictium Diaconu-
num vir beatus alloquirit: Num ego, Bricti, deliru[m] tibi videor? Cumque ille confu-
sus hac audiens, dixisse denegaret, ait vir sanctus: Nónne aures meæ ad os tuum
erant cùm haec eminus loquebaris? Amen dico tibi, quia obtinui apud Deum, ut post S. Martinus
me ad Pontificatus honorem accedas. Sed nōueris te in Episcopatu[m] multa aduersa obtinui-
p[ro]fici, Brictius hac audiens: Nónne verum, inquit, dixi, istum delira verba profer-
ri? Sed & Presbiterij honore prædictus, sapientis beatu[m] virum connicij lacescuit. Ade-
scopatum ergo, contentientibus ciuib[us], Pontificatus officium, orationi vacat: quia quan-
quam esse superbus & vanus, castus tamen habebatur corpore.

Trigesimotertio vero ordinatio eius anno, oritur contra eum lamēabilis causa pro crimen. Nam mulier, ad quam cubicularij eius vestimenta deferebant abluenda, quia sub specie religionis erat, ueste mutata, concepit & peperit. Quia de resurrectione omnis populus Turonorum in ira, & torum crimen super Episcopum referunt, Falsò ei a. volentes cum vnaminitere lapidare. Dicebant enim ei: Pietas sancti tuam celavit lugurit crituram. Non Deus finat, manus tuas indignas osculando, nos pollui. Illo quoquā è non admittit, contraria viriliter hæc negante: Afferte, inquit, infantem ad me. Cumque oblatus ferat. fuisse infans, triginta dies ab ortu habens, ait ad eum Episcopus: Adiuro te per Iesum Christum filium Dei omnipotentis, vt si ego generauit te, coram cunctis edicas. Et ille: Non es, inquit, tu pater meus. Populis autem rogantibus, vt quis esset pater, interrogaret, ait Sacerdos: Non est hoc meum. Quod ad me pertinuit, sollicitus fui. Vobis quiuit, si aliquid suscipitur, per vos requiritur. Tunc illi magicis artibus hæc facta asseuerantes, insurgunt contra eum in vna conspiratione: & trahentes eum, dicebant: Non diuitiis nobis fallo pastoris nomine dominaberis. Ille autem ad satisfaciendum adhuc populo, prunas ardentibus in birrum suum posuit. Et ad se stringens, vñque ad sepulcrum beati Martini vnā cum populorum turbis accedit: proiectisque ante sepulcrum prunis, uestimentum inustum apparuit, illo sic prosequente: Sicut istud vestimentum ab his ignibus videtur illæsum, ita & corpus meum à tactu mulieris est imponllum. His verò non creditibus, sed contradicibus, trahitur, calumniatur, ejusque, ut sermo sancti a dimpleretur: Nōcuris te in Episcopatu multa aduersa passus. Eiuscitur à rum. Hoc autem cieco, Iustinianum in Episcopum constituunt.

Deniquè

URBIS

95 per
cent

RVITI

卷之三